

norū expansorū te facere oportet, tabulam dico hāc in cuius fronte nume-  
rus annorum collectorum primi introitus fuerit repertus. Motum ergo  
ibidem scriptum priori adijcias, & inuenisti radicem augis anni propositi.

1. Notandum tamen erit, quod tabulæ augium in annis collectis sunt ta-  
2. les, quod cuiuslibet planetæ seorsum una ordinata est, præterquam Soli &  
3. Veneri, quibus simul una est propter eundem utriusq; augis locum. In ex-  
4. panis uero semper una duntaxat planetis omnibus ad 20. inseruiet annos  
5. illa scilicet quæ in fronte annos tuos collectos gestare cernitur. Eodem mo-  
6. do una & eadem tabula mensium, alteraq; dierum cunctis planetis suffe-  
7. cturæ cēsentur. Cum nullam temporis post dies ipsos differentiam in præ-  
8. sentiarum ob augium motus nimiam tarditatem dignum duximus esse  
9. curandam. Deinde cum mensibus & diebus transactis succedentibus cō-  
10. pletis annis assignati temporis redeat operatio canonis præcedentis. Illo  
11. secluso quod si contigerit te praticare per annum bisextilem, & dies pro-  
12. positus sequatur Februarium, intrandum erit cum die sequente. Hac etiam  
13. utere cautela si placet, nec inde subcrescit error sensibilis, exemplum in cal-  
14. cem transfertur facilitate suadente.

Radij



Cautela in anno  
bisextili obseruanda

### Argumentum Solis elicere.

### Propositio III.

**S**olis argumentum mediante eius motu medio, atq; eius auge tali mo-  
do uenatur. Habeas medium Solis motum per primam, & auge e-  
ius per præcedentem, subtrahe demum auge Solis de ipsius medio mo-  
tu accommodata reuolutione integra, dum subtractio fieri non posset, &  
residuabitur argumentum, uerbi gratia. Medius motus Solis ad tempus  
supra positum est 0 signa, 22 gra. 28 mi. 17 secund. Aux uero eiusdem  
3 signa, 1 gra. 11 mi. 55 secund. qua sublata de medio motu Solis, remane-  
bit Solis argumentum scilicet 9 signa, 21 gra. 16 mi. 22 secund. idem fiat in  
cæteris.

### De medijs argumentis trium superiorum. Pro. IIII.

**A**rgumentum medium uniuscuiusq; trium superiorum sic inueni-  
es, habeas primo medium motum Solis atq; planetæ assignati per  
primam ad hoc tempus ad quod argumentum tale scire festinas. Reijce  
ergo medium motum planetæ de Solis motu medio, & quicquid remana-  
serit, erit tui planetæ argumentum medium quod quærebas, ut exemplo  
clareat, sit motus Martis æqualis ad tempus ut supra, 4 signa, 6 gra. 2 mi.  
26 secund. per primam, quem abstrabo de medio motu Solis ad idem tem-  
pus reperto, relinquitur medium argumentum Martis, scilicet 8 signa,  
16 gra. 25 mi. 51 secund. Argumenta autem Lunæ, Veneris & Mercurij me-  
dia, cum habeant tabulas proprias, per primam propositionem quæren-  
da sunt.

Exemplum

Argumenta trium  
inferiorum.

B 2 De